

6
*Metaph. c. 3. q. 2. Colleg. Conimbr. in præm. Phys. Anton. Possiv. l. 12.
Biblioth. c. 3. Kecker. l. 1. præcogn. Philosoph. c. 2. & in tabulis de modo
discendi. Timpl. technol. c. 3.*

Q U Æ S T I O VII.

Quomodo Philosophia sit discenda?

Qui Philosophiæ sacris operari cupit, debet præstituerè finem, & constituere media. Finis est expulsio ignorantie; quæ est duplex; *Arist. 1. Post. c. 12.* Una vocatur pura negationis, qualis est in idiotis & pueris; altera prave dispositionis, qualis est in Sophistis, qui cum veritatem solidè non sciant, simulant tamen se scire. Prior illa est vel formalis, vel interpretativa. *Fonseca in 9. Metaph. c. 2. q. 4. sect. 3.* Formalis est defectus scientiæ, hoc est, veræ cognitionis; Interpretativa autem defectus considerationis seu ponderationis. Contra tria illa monstra depugnare debet studiosus, contra ignorantiam formalem, interpretativam & malæ dispositionis. Sed quibus mediis? Media illa sunt duo; remove impedimenta & admove adminicula discendi. Impedimenta illa sunt novem studiorum hostes, & pestes, quas studiosus profliget necessum est. Suntq; 1. Peccati labes. 2. Desidia. 3. Pusillanimitas. 4. Δοξασφία. 5. Αυτομάθεια. 6. Μαλαστέχνια. 7. Πολυπραγμοσύνη. 8. Nimia & immoderata studia. 9. Mutatio præceptorum. Adminicula discendi considerantur, quo ad communes affectiones & partes. Communes affectiones sunt, quæ requiruntur in singulis studii Philosophici partibus. Suntq; numero septem: 1. Precatio. 2. Studium sanctæ vitæ. 3. Φιλοπονία. 4. Ars meditandi. 5. Ars oblivionis. 6. Ordo. 7. Ars prænoscenti ingenia. Partes adminiculorum sunt numero octo: 1. Lectio. 2. Auscultatio. 3. Scriptio: ubi est locorum communium adornatio. 4. Interrogatio. 5. Examen; seu

repetitio. 6. Declamatio. 7. Disputatio. 8. Peregrinatio.
Atq; hæc est illa heptas quæstionum de Philosophiæ natura & studio : de quibus in ipsâ συζητήσας ξυνὴ τῇ τῷ Θεῷ παλάμῃ
fusiùs agemus.

SOLI DEO GLORIA.

AD PRÆSTANTISS. DN. RESPOND.
GULIELMUM PISTORIUM Juliacum.

Quòd mihi sis charus Pistori, colligis inde,
Hæc tibi quòd tremulâ disticha scribo manu.
Gratulor ex animo cæptis, & prospera quæque
Comprecor, hoc tibi do pignus amicitia.

Herm. Ravensperg. SS. Theol. D. & Prof. Herb.

JOHAN-HENRICI ALSTEDI
EPIGRAMMATION.

Dogmata Philosophum qui novit, terq; quaterq;
A vulgo felix dicitur, & colitur.
Dogmata Theologum qui novit, ter magis felix
Audit apud vulgum. Atq; hoc equidem meritò.
Errat at heic vulgus iudex, me iudice, valdeq;
Errat, Philosophos Theologosq; colens.
Dogmata Philosophum nam qui duntaxat honorat,
Et pariter felix, & pariter miser est.
Est felix: quoniam Naturæ arcana recludit;
Scripturæ ignorans mystica sed miser est.
Sic quoq; Theologum qui solum dogmata novit,
Et pariter felix, & pariter miser est.
Est felix: quoniam Scripturæ mystica novit;
Naturæ ignorans scita, sed & miser est.
En quæ erratum longè est à iudice vulgo!
Verius aſt hoc, me iudice, iudicium est.
Non miserè felix, miser aut feliciter hic est,
Qui pariter Sophia Theologiaq; studet.
Id fac, PISTORI, & fac sedulus, ut facis: ut ne
Et pariter felix, sis pariterq; miser,
Neu miserè felix, feliciter aut miser ut sis;
Sed felix sophus ut Theologusq; sis.

F I N I S.



the scale towards document

oæm. Phys. Anton. Possiv. l. 12.
soph. 6. 2. & in tabulis de modo

VII.

fit discenda?

cupit, debet præstitueret
is est expulsio ignorantia;
a vocatur pura negationis,
prava dispositionis, qualis
n solidè non sciant, simul
rel formalis, vel interpreta-
3. 3. Formalis est defectus
Interpretativa autem de-
tationis. Contra tria illa
osus, contra ignorantiam
æ dispositionis. Sed qui
emovere impedimenta &
impedimenta illa sunt no-
uas studiosus profliget ne-
s. 2. Desidia. 3. Pusillani-
Μαλαστέχνια. 7. Πολυπραγμο-
ia. 9. Mutatio præcepto-
derantur, quo ad commu-
unes affectiones sunt, quæ
osophici partibus. Suntq;
studium sanctæ vitæ. 3. Φιλο-
olivionis. 6. Ordo. 7. Ars
hniculorum sunt numero
Scriptio: ubi est locorum
rrogatio. 5. Examen; seu

B ij